

quondam^a nobilissimma^a ob amorem Dei et remedium animae viri sui Meginerii^b quondam^c sive pro se ipsa suorumque liberorum ac parentum^d ad praedictam^e cellulam^f beati Remigii, ex^g antiquitate memorati episcopii^h nostri^g, per donationis titulum delegavit vel tradidit, eaⁱ videlicet ratione, ut divinus ibidem^k demum^l ageretur cultus et illis, pro quorum salute traditum fuerat, augeretur merces. Volumus etiam, ut loca, super quae aedificatum praefatum^m monasterium fuit^m, id est agros, vineas, prata, areas vel omnia quaequeⁿ infra muros eiusdem^o civitatis habuit vel extra, absque alicuius diminutione vel^p impedimento habeant rectores et monachi ad eorum usus, qui ibidem^q Deo sub norma beati Benedicti deguerint^r.

Huius itaque^s rei causa hanc seriem libelli digestam sanctissimo coetui vestro relegendam atque vestris subscriptionibus roborandam obtuli, quo statuere per vestram unanimitatem decrevi, ut nullus deinceps successorum^t nostrorum^t, quicumque per tempora divina praestante successerint gratia, quidquam de his rebus, quas praesenti tempore memorata cella usibus monachorum adtributas possidet, minuere vel abstrahere sive^u suis^u usibus adplicare vel beneficii iure^v cuiquam^w vel suorum vel extraneorum dare praesumat, sed, ut intimatum est, quaecumque nunc temporis retinet per diversa loca et territoria usibus monachorum deputata vel^x quae a timentibus Deum eidem postmodum fuerint loco collata absque ulla diminutione vel subtractione^y celle et monachis ibidem conversantibus maneant inconvulsae.

Haec autem sunt infrascripta loca monachorum stipendiis in memorata cella degentium designata^z: primitus

a) quondam nobilissimma] *ita* W 1; *condam* nobilis femina W 2; *desunt* A 1. 2. b) Megniarii W 2; Meginerii A 1; Maginarii A 2. c) quondam] *condam* W 2; *deest* A 1. 2. d) parentum] *scil. salute vel remedio animarum.* e) praedictam] *supradictam* A 1. 2. f) cellulam] *cellam* A 1. 2. g) ex antiquitate — nostri *desunt* A 1. 2. h) episcopi W 2. i) ea] *hac* A 2. k) ibidem] *ibi* A 1. 2. l) demum *deest* W 2. A 1. 2. m) praefatum — fuit] *fuit* *supradictum* (*supra-scriptum* A 2) *monasterium* W 2. A 1. 2. n) quaeque] = *et quae*; *quae* A 1. o) eiusdem *deest* W 2. A 1. 2. p) vel] *ac* A 1. 2. q) ibidem] *in add.* W 2. r) deguerint] *ita* W 1; *degerint* W 2. A 1. 2. s) itaque] *utique* A 1. t) successorum nostrorum] *episcoporum* A 1. 2. u) sive suis] *vel aliis* A 1. v) iure *deest* A 1. 2. w) cuiquam] *quicumquam* A 1. x) vel] *et* W 2. A 1. y) subtractione W 2. A 1. 2. z) designata] *destinata* A 1.